

WOLFGANGVS SEBERVS.

M. WOLFGANGVS SEBERVS , Theologus & Philologus celeberrimus, Suhlae A. 1573. d. 4. Aug. hanc aspexit lucem , &, cum sesquianum nondum attigisset , patre orbatus est, Auringa , qui victus quaerendi causa peregre abierat, obiitque peregre, hoc est , sic , vt nihil certi unquam de ipso vel scire licuerit , vel audire. Mater, foemina egentissima, puerum in Scholam Suhlanam alegabat quidem , sed , quod non suppetet , vnde ali posset filius . ipse panem propter Deum expoposcit , & per octennium, ostiatim canendo, victum acquisiuit sibi , mensaque liberali Casparis Brey exceptus , & , e Fisci Ecclesiastici pecunia soluto didactro, librisque necessariis comparatis , sub Praeceptoribus Suhlanis egregios fecit profectus. Anno 1592. Schleusingam in Gymnarium deductus est , nactusque locum sextum in Classe prima ; A. 1595. d. 29. Mart. Schleusinga discessit in Academiam Lipsiensem : Lipsia , Magistri honore ornatus , in Hennebergiam reuocabatur , Annoque 1599. d. 31. Mai. ad obeundum Rectoris munus introducebatur : Petrus vero Linckius , tunc temporis Rector , graui & diuturno cum vrgeretur morbo , Rectoris vices per solennem Introductionem, d. 24. Jul. A. 1600. peractam , Seberus jussus est subire , & a discessu Linckii, A. sequente 1601. , solus titulum habuit Rectoris munusque. A. Rectoris hac sparta , quam resignabat d. 23. Aug. A. 1610., VVasungam abiit , vt ibi De-

B

canus